

GRÆCORVM  
VERSVM D. SEL-  
NECCERI, QUI SUPRA IN-  
timationis loco scripti & affixi fuerunt, Latina  
expositio & redditio: In Interpretationem &  
expositionem cœlestis confessionis, quæ à loco, Au-  
gustana nominatur, ad iuuenes salutaris  
veritatis, fidei, doctrinae &  
pietatis studiosos.

**N**genium, studium, curas, operasq; Ty-  
rannis  
Morborum, testor quàm remoretur.  
ego:

Fluxibus, & varia qui saepe grauedine vexor,  
Totus & infirmo corpore debilitor.  
Sed quid tum? damnis non frangitur impetus illis,  
Nec vigor hinc, studij cursus & aura cadit.  
Agnosco infirmæ naturæ debile filum,  
Et varij causam principiumq; mali.  
Agnosco pugnas, morsus, animosq; malignos,  
Vulnera & accipiens dira, senesco miser.  
Cladibus exortis ex me, mox cladibus hostis  
Emorior, tristis sauit utrinq; metus.  
At Verbum, & sincera fides mihi robur adauget,  
Mens bona præ vitæ prosperitate valet.  
Nil metuo technas, hostes, mendacia, fraudes,  
Conscia si recti mens sit, & alma fides.

L Ergo